



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1551. usque ad annum 1553

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 90118561**

§. 83. Cleri Anglicani decreta in comitiis facta.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66577](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66577)

## §. LXXXIII.

Sæc. XVI.  
A.C. 1552.*Cleri Anglicani decreta in comitiis  
facta.*

Senatu interea coacto Clerus quoque Burnet  
t. 2. l. 2.  
Sleid. comra.  
lib. 25. p. 34.  
sua pro more habebat comitia, in  
quibus Bonnerus, qui ibidem præerat,  
Harfsfieldo Sacellano suo injunxit, ut  
coram Præsulibus sermonem haberet.  
Hic in ista verba ex Actis Apostolorum  
capite vigesimo desumpta: *Attendite  
vobis, & universo gregi*, differens in  
amplas Reginæ laudes excurrebat, nec  
non Præsules Religionis Catholicæ de-  
fensores plurimum commendabat. Post-  
ea hic idem Orator Catechismum re-  
gnante Eduardo typis impressum una-  
cum nova liturgia damnari voluit, eo-  
demque tempore in deliberationem vo-  
cabantur duo articuli de præsentia reali,  
& transubstantiatione, quibus una om-  
nes assensere, illosque suo chirographo  
firmarunt, exceptis sex Doctoribus, qui  
erant Viacomienfis. Archidiaconus,  
Rossanus, & Exoniensis Decani, nec-  
non duo Archidiaconi Herefordiensis,  
scilicet & Stoviensis præter Sancti Da-  
vidis Cantorem, qui una omnes hoc ar-  
gumentum ordine suo discuti petierunt,  
quod eis etiam datum; non equidem  
perinde ac si doctrinæ ab omnibus fere  
Ecclesiasticis comprobatae veritas in du-  
bium



Sæcul. XVI.  
A.C. 1553.

bium vocaretur, sed ut quæstione magis dilucidata paucorum, qui in eandem sententiam cum ceteris abire cunctabantur, voluntati satisfaceret. Verum ex his ipsis sex Doctoribus tres huic disputationi interesse renuebant, ceteri vero suæ opinioni inhærentes in arenam descendebant, quos inter prior Herefordiensis Archidiaconus verba faciens contra transsubstantiationem nil nisi triviales, ac centies solidissime confutatas objectiones proponebat, & Viacomienfis quoque Archidiaconus prolixo sermone contra Missæ sacrificium declamans, Christum ibidem haud esse præsentem contendebat; ast unica responsione elusis omnibus disputationi finis imponebatur, ita, ut propterea nil omnino circa duos hosce articulos de præsentia reali, & transsubstantiatione jam antea receptos, ac signatos immutaretur. Hæc decreta postmodum per Protestantem Anglicano sermone edita, Volerandi Poloni opera latine typis vulgata prodire.

§. LXXXIV.

*Hæretici in Francia multati.*

*Thu. hist.*  
*l. 13. ad hunc*  
*ann.*  
*Sleid. l. 25.*  
*p. 933.*

Cum interea Regina in suo Regno vere Religionis restorationi insudaret, haud segniori studio in Galliis ejusdem conservationi incumbebatur, præcipue vero multi ob hæresin supplicio affecti fuere,